

## Psalmus responsorius

Ps 136, 1-2. 3. 4-5. 6 (R̄: 6a)

R̄. Adhæreat lingua mea fáucibus meis,  
si non memínero tui!

<sup>1</sup> Super flúmina Babylónis, illic sédimus et flévimus,  
cum recordarémur Sion.

<sup>2</sup> In salícibus in médio eius  
suspéndimus cítharas nostras. R̄.

<sup>3</sup> Quia illic rogavérunt nos, qui captívos duxérunt nos,  
verba cantiónum  
et, qui affligébant nos, lætítiam:  
«Cantáte nobis de cánticis Sion». R̄.

<sup>4</sup> Quómodo cantábimus cánticum Dómini  
in terra aliéna?

<sup>5</sup> Si oblítus fúero tui, Ierúsalem,  
oblivióni detur délixtera mea. R̄.

<sup>6</sup> Adhæreat lingua mea fáucibus meis,  
si non memínero tui,  
si non præposúero Ierúsalem  
in cápíte lætítix meæ. R̄.